

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Peter Hinckelmann Simon Blanckenhagen

**De Anabaptismo Disputatio Elenctica Septima, Complectens Sectae  
Anabaptisticae Errores refutatos in loco De Ecclesia, Et Regno Christi**

Rostochii: Litteris Reusnerianis, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737664061>

Druck Freier  Zugang



P. Kinkelmann.  
R. U. theol. 1613.

(1)	Joh. Hallerius, De SS. scriptura	1613
(2)	D. Dreyzener, De Deo trinitate	1613
(3)	N. Waltherius, De Persona Christi	1613
(4)	M. Strikius, De baptismo	1613
(5)	F. Taurmannus, De cena domini	1613
(6)	A. Friderici, De peccato originali	1613
(7)	J. Blantshagen, De ecclesia	1613
(8)	J. Nullius, De ministriis ecclesiae	1613
(9)	J. Saerberius, De ministerio ecclesiastico	1613
(10)	E. Loleius, De justificatione	1613
(11)	L. Gammelius, De bonis operibus	1613
(12)	F. von Bülow, De libertate christiana	1613
(13)	P. Schaeffingerius, De magistratopoliaca	1613
(14)	F. von Dike, De iudicio	1613
(15)	C. Michael, De coniugio	1613
(16)	D. Westerius, De jure amanto	1613
(17)	G. Nachanus, De mercatoria	1613
(18)	J. Smoldius, De resurrectione	1613

DE ANABAPTISMO  
DISPUTATIO ELENCTICA  
SEPTIMA,

Complectens Secta. Anabaptisticae Errores  
refutatos in loco

De

ECCLESIA, ET  
REGNO CHRISTI.

Quam

Divina S.S. Spiritus assistente gratia

Sub Praesidio

M. PETRI HINKELMANNI  
Verbi Divini Ministri.

Private συζητησι subiicit

SIMON. BLANCKENHAGEN  
Pernoviensis Livonus.

3. Idus. Mart. Hora & loco consuetis.



ROSTOCHII

Litteris Reusnerianis, Anno 1613.



S T N Θ E Ω.

DISPUTATIO ANTICATA BAPTISTICA  
VII.

D E ECCLESIA,  
EIUSQUE REGNO.  
CONTINVATIO.

Quemadmodum olim in redificatione Ierosolymæ Satanas per gentes undiq; conatus fuit impedire opus Domini ac propterea media pars juvenum una manu ædificare, altera gladium tenere coacta fuit: (a) Ita Hierosolyma cœlestis, quæ est Ecclesia, quæq; est obiectum totius Theologiæ, posita est in medio hostiū, & hinc inde ab omnibus hereticis vexatur, & affligitur: Ab Antichristo, qui virulentissimis scriptis, cæde & sanguine, vi & fraude Orthodoxæ nostræ confessionis hostis insensissimus, gravissimarum persecutionum author est: A Gente Calviniana, quæ sub Augustanæ confessionis nomine cuniculos in nostram Ecclesiam agit, & mirabilibus technis eam, sicut olim tectè, ita nunc apertè, subruere conatur: Ab Anabaptistis, (utpote cum quibus nobis jam digladiandum est) & aliis quam plurimis, (quorum præcipue in Form. Concord. noratorū corruptelis suo tempore, ov̄ Θεο̄, resistemus) qui omnes nostram Ecclesiam unanimi consensu invadentes depopulari eandem machinantur; atq; ita undiq; oppugnamur, gravissimosq; insultus perferimus. Nos itaq;, qui sumus intra Ecclesiaz mænia, & quasi in visceribus eius contra viscera & membra ipsius grassantibus murum opponamus pro domo Domini. Ut enim illi non solùm calce & lapidibus extruebant, sed variis armis instructi, contra hostes pugnando urbem defendebant: Ita Ecclesiam non solùm docendo verbum legis & Evangelii ædificandam; sed & contra hostes disputationibus ac scriptis propugnandam nobis esse necesse erit. Si enim

a) Nebem.  
4. 17.  
Gal. 4. 26.

unquam fuit tempus, si unquam postulavit necessitas, ut pii ac Christiani milites in aciem prodirent, seq; opponerent pro domo Israel, & starent in prælio in die Domini, nunc certè tempus est. Pugnandum itaq; est, si salvam volumus veritatem. Pugnauit ante nos S. patres, alia nec unicum articulum incorruptum haberemus. Hoc cum flagitetur, nos quoq; non erimus de numero eorum, qui istud sacrosanctum depositum per Prophetam postremum D. Luther, nobis apertum non sartum testumq;, quantum in nobis est, conservare velimus, ita tamen ut simus ex numero pacem Israelis querentium, & pro salute ejus hostes oppugnantium telis ac sagittis S. S. Scripturæ. Quare ut nostram Ecclesiam contra hostes muniamus, hæc duo capita propugnanda aggredimur. I. De Ecclesia. II. De regno Christi.

## CAPUT PRIMUM.

### De Ecclesia.

#### Error Primus.

Ecclesia non est vera, in qua aliqui peccatores, impii aut hypocritæ reperiuntur.

#### REFUTATIO.

Quia iner nos & Anabaptistas controvèrtitur non de Ecclesia in visibili, sed visibili, sive de cœtu vocatorum, non electorum; illi contendunt, Ecclesiam omnino debere esse puram, immaculatam, & ab omni hypocrisi vacuam; idipsum quoq; & nos de jure statuimus, Ecclesiam nostram definientes sanctam, vel congregacionem sanctorum. Sanctam autem ratione, (a) capitî sanctificantis scilicet Christi, qui quicquid sanctitatis in se habet, membris suis corpori vero adhaerentibus impurat, & per Spiritum sanctum & verbum salvificum in iis operatur, ac alia pietatis exercitia in illis accedit: non autem sanctam ratione corporis & membrorum, quasi illa prorsus sint animaginæ, aut quandam perfectam sanctitatem extrinsecus habeant, sed tantum inchoaram, eamq; ob infirmitates sibi rursum conglomeratas imperfectam. Quod cum adversarij fastuosi ac spic-

Vide Form  
concord.  
art. 12.

a) Cor. 1,

29.

Eph. 5.26.

1. Ioh. 1.7.

Tit. 2.14.

ac spiritualiter inflati, sanctitatis nomen sibi falso arrogantes, alio  
sq; more(b) Antesignani istius pharisei præse contemnentes negent;  
Ecclesiamq; permixtam malis esse fugiendam, nullamq; nisi prorsus  
sit αύγειαντες καὶ αὔμεντοι, pro vera esse agnoscendam cum No-  
vatiensis & Donatistis somnient: Nos scripturam securi Magi-  
stram, talem unquam Ecclesiam in terris fuisse inventam & adhuc  
inveniendam pernegamus, sed semper in externâ conversatione  
Ecclesia Christi malos sanctis fuisse permixtos, hisce subsequentibus  
rationibus probamus.

1. S. S. enim Scriptura nusquam non in omnibus libris  
de malorum in Ecclesia non exiguo numero conqueritur. Moses  
secentis in locis Israëlitarum murmur contra Deum, inobedi-  
entiam, duriciem cordis, pertinaciam, &c. describit(c): idem &  
reliquorum Prophetarum de hoc populo Dei judicium: imò & de  
suorum temporum maxime ingratis, inobedientibus & malis auditio-  
ribus, in suis prophetis Prophetæ pañim querelas miscent, quas o-  
mnes, si huc transcribere vellemus, vel unica hac thesis in opus Iliade  
majus excreceret. Sic & tempore N. T. Christus, Evangelistæ &  
Apostoli multis in locis de occæsione, obduratione, defectione &  
imperfectione suorum auditorum conquerentes(d) nostræ asserti-  
oni suffragantur.

2. Deinde exemplis ac historiis Ecclesiarum ab inicio mundi  
probatur, Ecclesiam semper fuisse imperfectam ac languidam, ut ex-  
empla(e) Caini, qui in Ecclesia Adami evasi in fratricidam, post-  
quam cum fratre suo Abel holocaustum Deo obtulisset: Mundi an-  
tediluviani: Chami hypocritæ junioris filii Nohæ: tempore Lothi,  
Sodomitarum: Ismaeli in Ecclesia Abrahami latentis: Esari in  
Ecclesia domestica Isaaci degentis: Rubeni, Iudæ, Simeonis ac Le-  
vi gliscantium in Ecclesia Jacobi: Zephora Mosis uxoris contem-  
pricis fæderis divini: Israeliticæ Ecclesiæ, quæ nunquam, ut dictum  
caruit labe: Pharisæorum, Scribarum, divitium ac maxima pars  
populi tempore Christi: Apostolorum Christi, qui suos haud exi-  
guos navos & infirmitates habuerunt, imò quorum unus vocatur

- |    |  |
|----|--|
| b) | Luc. 18.9  |
| c) | Exod. 15.<br>24. c. 16. 2. 7.<br>20. 28. c. 17.<br>3. c. 32. 1. c.<br>33. 3.<br>Levit. 10. 1.<br>2. c. 24. 10.<br>14.<br>Num. 11. 4.<br>5. c. 14. 2.<br>Deut. 11. 13.<br>Nchem. 9.<br>18.<br>Psal. 78. 19.<br>29. 32. 40. 41.<br>42. 50. &c. 106.<br>7. 13. &c.<br>seq.<br>Esa. 53. 1. c. 5.<br>6. 12. c. 57. 8.<br>c. 63. 2.<br>Ier. 2. 9. 12.<br>13. 19. 24.<br>27. c. 4. 22. c.<br>6. 8. 10. 13. c.<br>8. 6. 7. c. 11.<br>15. c. 44. 16.<br>Ezech. 2. 4.<br>c. 12. 2. c. 21.<br>23. &c.<br>d) Matt. 3. 7.<br>8. 9. 10. c. 7.<br>15. c. 9. 4. 11.<br>c. 11. 21. 23. c.<br>12. 19. c. 15. 7.<br>c. 16. 3. 6. 23.<br>c. 19. 8. c. 21.<br>12. c. 22. 18.<br>29. c. 23. 3. 13.<br>& seq. |

Luc. 2. 34.  
c. 2. 8. 9. c. 5.  
8. c. 7. 32. c.  
11. 24. 39. c.  
13. 21. 2. 34.  
c. 17. 8. c.  
19. 42. c. 22.  
24.  
Rom. 2. 4.  
21. c. 16. 2.  
1. Cor. 1. 12.  
c. 3. 3. c. 5. h.  
c. 6. 15. c. 11.  
30.  
Gal. 3. 1. 3. c.  
3. 7.  
Phd. 2. 14.  
1. Ioh. 4. 1.  
c) Gen. 4. 8.  
1. Ioh. 3. v. 12  
Gen. 6. 3. 4. 5  
2. Pet. 2. v. 5.  
Gen. 18. 20.  
32. c. 19. 4.  
9.  
Gen. 21. 9.  
Gal. 4. 29.  
Gen. 26. 34.  
c. 27. 41. 46.  
Mal. 1. 2. 3.  
Rom. 9. 13.  
Gen. 34. 25.  
26. 30. c. 35.  
22. c. 37. 27.  
Exod. 4. 26.  
Matt. 3. 7. c.  
9. 3. c. 19. 22.  
c. 20. 20. 21.  
c. 23. 13.  
Mar. 4. 10.  
11.  
Luc. 22. 24.

diabolus : deniq; Ecclesiæ N. T. Iudaærum, Romanorum, Corinthiorum, Galatarum, &c.

3. Tum & parabolis ac similitudinibus Christus, Prophetæ ac Apostoli in extenso ac visibili casu Ecclesie malos bonis admixtos esse docere voluerunt. Ut quando Christus (f) Ecclesiam comparat sogenæ in mare missæ, capienti bonos & malos pisces: Quadruplici semini projecto in agrum: Agro ferenti non solum fruges, sed & Zizania: areæ continentri triticum & paleas; nuptiis quibus intersunt boni & mali: Homini habenti duos filios, alterum morigerum, alterum immorigerum: Diversis operariis in vinea, suâ dragmâ contentis, & murmurantibus: Decem virginibus, quarum quinq; perhibentur fatuæ: vineæ, vites steriles & frugiferæ habentio vili constanci ovibus & bircis. Esaias Ecclesiam assimilat vineæ consitæ vitibus nobilissimis & præstantissimis, ut faceret uvas, sed fecit labruscas. Ieremias, vineæ electæ plantatae vitibus generosis, sed converse in palmites degeneris viciis alienæ. Idem, duobus calathis, quorum alter fucus bonas, alter habuerit malas, que comedì non potuerint. Apostolus, Ecclesiam comparat magnæ domui, in qua non solum vas a aurea, sed & lignea reperiantur. Item vas, aliis in honorem, aliis in ignominiam factis.

4. Quin & admonitionibus Divinis gravissimis de malo declinando, & bono amplectendo, se verissimis panis contemptoribus & transgressoribus propositus, in S. S. literis nullus relinqueretur locus, si pii in Ecclesia viventes essent prorsus ἀσεκτοι. Neq; si ea demum Ecclesia vera esset, in qua nulli omnino peccatores, impii aut hypocritæ reperiarentur, unquam Ecclesiam veram fuisse, cum ea inde usq; à primordio mundi peccatoribus non caruerit, ut ante probatum, sequi necessum esset. Sicq; falleret symbolum, falleret S. S. Scriptura, omniaq; media conversionis & salutis essent supervacanea, ac propterea omittenda & abiscienda. Sed omnia hæc abdixi ad Epicuream securitatem, longam latamq; viam sternere quis non videt?

§. De-

5. Deniq<sup>ue</sup> succedit consensus Patrum & què permixtionem malorum in Ecclesia, exemplis, typis, ac similitudinibus attestantium: ut Augustini dicentis: (g) Multi mali cum bonis in eadem communiōne sacramenti sunt, sicut Iudas ab initio malus inter bonos conservatus est. Et idem inquit: Ecclesia velut līlum inter spīnas, mali & bonū esē permīsta. Gregorius: Arca cessante diluvio in monte requievit, quia hujus vitæ corruptione cessare, quum malorum operum fructus transierint, in cœlesti patria, sancta Ecclesia velut in excelsō monte requiesceret. Bernhardus: Ecclesia media esē inter cœlum, quod esē locus tantum honorum: & infernum, qui esē locus tantum malorum: ipsa verò Ecclesia media esē, quia in differenter bonos & malos colligit, quod figuratum esē in arca Noë, ubi animalia mitia simul erant cum animalibus immittibus. Sic Hieronymus: Arca Noë fuit typus Ecclesie; ut enim in illa omnium animalium genera, pardus & hædus, lupus & agnus: ita hēc justi & peccatores. Epiphanius confert Ecclesiam navi: Sancta Dei Ecclesia similis esē navi. Navis autem non ex uno ligno constat sed diversis. Et carinam quidem ex uno ligno habet, sed non uno modo, anchoras autem ex alia materia, mali item, & tabulac & puppis partes, parietumq; ac transtrorum, velorum item ac remorum, gubernaculorumq; ac aliorum omnium ex diversis lignis compactionem habet.

6. Quanquam verò Adversarii multa scripture dicta pro stabilienda sua opinione coacercent hinc inde ex (h) S. S. Scriptura excerpta, tamen ad diluendas eorum objectiones ha distinctæ decisiones adhiberi possunt: 1. inter cœrum tranquillum ac turbulentū: prior est, quando salva doctrina puritate & felici rerum statu improbitas hominū, hypocrisi recta lateret, hinc valer regula: De occultis Ecclesia non judicar; omnes itaq; apparentes boni, pro veris habentur, quamvis non sint; quos deinde turbulentus status aperit, 2. inter justitiam & sanctitatem imputatam ac inchoatam. 3. Evangelicam & Legalem, 4. Personæ & operum, 5. Menti seu voluntatis

- Luc. 12. 16.
- 19. 20. c. 16.
- 19. c. 22. 24.
- Ioh. 6. 60.
- 66. 70.
- A&t. 4. 3. 8. c.
- 5. 17. c. 7. 51.
- Rom. 16. 17.
- 1. Cor. 3. 3.
- c. 11. 30.
- Gali. 6. c. 3. 1
- 2. Pet. 2. 8. c.
- 3. 3.
- 1. Ioh. 4. 1.
- Apoc. 2. 4. 5
- 14. 20. c. 3.
- 2. 15.
- f) Matt. 13.
- 19. 24. 47.
- Luc. 8. 5.
- Matt. 3. 12.
- c. 21. 28. c.
- 22. v. 10. 12.
- c. 25. 1. 2. 23.
- Ioh. 15. 2.
- Ezech. 34.
- 17.
- Esa. 5. 2.
- Ier. 2. 21. c.
- 24. 2.
- 2. Tim. 2. 20
- Rom. 9. 21.
- g) contra Ep. petul. cap. 13.
- Advers. Lus. cif.
- Lib. 5. de Bap̄tism.
- In Epist.
- In Matt. c.
- 22.
- Lib. 2. t. 1.

h) Psal. 1.1.  
& 15.1.2. &  
23.3.4. & 26  
5.  
1. Cor. 3. v. 6  
Eph. 5. 26.  
27.  
2. Thes. 3. 4  
2. Tim. 5. 22.  
i) Gen. 6. 9.  
c. 7. 1.  
Iob. 1. 1.  
Luc. 1. 6. c.  
2. 25.  
Act. 10. 2.  
2. Pet. 2. 7.  
k) Iob. 9. 2.  
Psal. 32. 3.  
6. & 38. 4. 5.  
& 51. 3. &  
130. 3. &  
143. 2.  
Rom. 7. 7.  
& seq.  
l) Colloq.  
Franckental.  
m) Vide  
Papism.  
Disp. 11. c.  
1. Et. 4.  
  
a) Gen. 3. 15.  
c. 22. 18. c.  
26. 4. c. 28.  
14.

reatus renata, & membrorum seu facultatis ac impletionis. Secundum illam renati & pii, justi, sancti & immaculati dicuntur (i). Aequi inde omnino puram & immaculatam definire Ecclesiam non licet, cum incerim secundum hanc omnibus modis imperfecti sint renati, sunt namque infirmitatibus maximis non careant. Ut ex propria illorum confessione & querelis passim in S. S. Scriptura sparsis (k), videre est.

### Error Secundus.

Fideles in V.T. per legem gubernati sunt: nos vero per libertatem Evangelii: Illi per doctrinam Prophetarum: nos autem per doctrinam Christi & Apostolorum. (l)

### REFUTATIO.

Non tantum Adversarii hoc errore id volunt, Patres in V.T. lege Ceremoniali & iudiciali, quia exteram Pædagogiam & obedienciam gubernatos fuisse, quod facile largimur: Sed ex falso intellecto discrimine legis & Evangelij vel V. & N.T. falso inferentes cum Pontificiis (m) friuole colligunt, fideles ante natum Christum legem morali, & ceremoniali, post Christum legem novam Evangelij & gubernatos & salvatos; ac prorsus ab omni lege liberatos esse, id quod superiori disputatione refutatum est. Nunc itaq; Patres in V.T. Evangelio non caruisse; sed unam eandemque esse salutis viam quam homines coram Deo in V.T. justificati sint, & adhuc in N. justificantur, subsequentibus rationibus demonstramus.

1. Evangelium enim sonuisse a condito mundo restatur (a) de greuayyelov proprio Dei ore prolatum, & factum primis nostris parentibus de semine benedicto, conflicturo cum Diabolo, conterituro caput eius, & destructuro mortem ac infernum, inq; hoc suo cruento conflictu ac duello reportatu victoriam, salutem & medicinam tori generi humano. Quam promissionem Evangelicam Deus Patriarchis reperivit. Ex qua ceu fonte omnes rivuli Prophe-



Prophetiarum de Christo passim in V. T. sparsarum dimanarunt.  
Quæ omnes nihil aliud sunt, quam primæ de Christo factæ promissio-  
nis explicationes, ac propter eas sine omni controversia merè En-  
angelicæ.

2. Deinde typis variis Christum adumbrantibus & præfigu-  
rantibus Paeres in V.T. Evangelio non caruisse constat. Quan-  
do (b) enim Deus Protoplastos, posse factam illis promissionem,  
mactari agni pelle induit, ostendere voluit, filium suum victimam  
fore pro peccatis totius mundi, & pelle acquitare suæ justitiae omnes  
credentes ornaturum. Ex hoc jucundissimo ac dulcissimo facta pro-  
missionis signaculo & typo, non tantum nostri protoplasti, verum o-  
mnes etiam primi mundi Patriarchæ immotam restitutionis suæ,  
imò salutis æternæ spem plenis animis conceperunt. In qua ut con-  
firmarentur, convenientes ac do Messia docentes, istum ritum adhi-  
buerunt, ut mactarent agnum, eumq; in holocaustum offerrent, quem  
quem oblatum ignis cælitus cadens totum cremabat. Quæ incensio  
victimæ ipsis erat Sacramentum, signum ac certissimum testimonii-  
um, quod promissio de venturo liberatore edita, esset rata ac firma.  
Quem typum Passionis venienti Messiae posse Patriarcharum tem-  
pora obliteratum & abolitum, Deus de novo, novis ceremoniis or-  
natum Mosis (c) mandavit, ac ne iterum incuria hominum aut in-  
iuria temporum obsolesceret, singulari eoq; præcipuo festo Paschatus  
agnum mactandum ac manducandum se verissime præcepit. Cui typo  
illustri varia sacrificiorum genera superaddidit, ut ea omnia Chri-  
stum incarnandum ac mactandum tanquam victimam pro totius  
mundi peccatis adumbrarent. Quæ sacrificia omnia loco Evangelicarum  
concionum & admonitionum illis fuisse, nemo negabit.

3. Tum & Exemplis Sanctorum Patrum qui fide donati,  
remissionem peccatorum, imputatam justitiam Christi, gratiam Dei,  
salutem ac vitam æternam consecuti sunt, vel maxime apud eos do-  
ctrinam Evangelii viguisse probatur. De Abraham enim legit

B

mus,

b) Gen. 3.  
21. c. 4. l. 4.  
c. 8. 2. c. 22  
13.  
Iudic. 13.  
19. 20.  
3. Reg. 18.  
38.

c) Exod. 12.  
3. & seq.  
Levit. 1. &  
seq. capitib.

¶ Gen. 15.6<sup>1</sup> mus, quod crediderit Deo, & imputatum hoc ei sit ad justitiam (d).  
Rom. 4.3.  
Gal. 3.6.  
Ioh. 8.36.  
Ebr. 11.4.  
7.8. 17. 28.  
Psal. 4.2. &  
6.3. & 7.2.  
& 11.1. &  
13.6. & 19.13  
& 25.7. &  
26.1. & 31.  
10.24. &  
32.1. 2.6.  
& 39.8. &  
31.3. 4.5. 11.  
& 130.3.  
Ier. 5.3.  
Act. 10.43.  
e. 15. 16. 11.  
e) Rom. 4.  
14.  
1. Cor. 15.56  
Rom. 1.16.

Quam fidem Abrahāmi, ut & aliorum Patriarcharum Apostolus, Christus ipse coram Iudeis deprecatur. Et in Psalmis Davidis, quomodo ille remissionem peccatorum gratiā Dei & iustitiam Messiae imploraverit ac desideraverit, eaq; impetrata se beatum iudicaverit ac exultaverit, passim legimus. Tum & de fide sanctorum plurimam in V. T. mentionem fieri constat, quam & Apostolus testimoniū omnium Prophetarum probat: Et in primo concilio de omnibus Patribus salvatis testatur, salutem illam per gratiam Dei illis obtigisse. Quæ omnia effecta non Legis esse, qua iram operatur (e), sed Evangelii, quod est potentia Dei ad salutem, extra dubitacionis aleam possum est. Ergo & Evangelii doctrina, qua mediane horum omnium bonorum gratuitorum participes facti sunt Patres in V. T. in deneganda minimè erit.

4. Alias enim hæc doctora sequentur. Patres ex lege habuisse justitiam ac salutem aeternam: quam quia sine perfecta sui impletione lex non promiceret, eos legem implevisse: vel sine impletione ejusdem, gratiam ex lege habuisse: Sine mediatore, qui propriè Evangelii & non legis est subjectum, fuisse eos salvatos: atq; sic alia ratione modoq; quam nos vice aeternæ participes factos: omnes promissiones de Messia incarnando in V. T. fuisse legales: immo nostrum Messiam in V. T. non fuisse promissum, in Evangelio enim & non in lege ejus promissio querenda; ac propterea pro vere Messia non esse acceptandum: Evangelium nostrum non esse antiquissimum, ac propterea non verissimum: Legem ne quidem moralem, neq; Prophetas ad nos quicquam pertinere.

5. Quemadmodum itaq; ex iam commemoratis satis superē constat Patres in V.T. non tantum legem, sed & Evangelium habuisse: ita & demonstrationem sufficientem hic subjungere possemus, etiam fideles sub N.T. opus habere Lege ducente & gubernante, nec ita in libertatem Evangelii esse vocatos (f), ut ea ad licentiam carnis abuti liceat; nisi in immediate præcedenti ouȝtione non pro-

¶ Gal. 5. 13.

prorsus renatos à lege liberatos esse dictum, & inferius (g) de liber-  
tate Christiana copiosius dicendum esset.

g) D. sp. 127  
c. 1. Et. 1.

6. Illud saltem non tamen operosa hic probatione indigere  
desistimus, fideles & renatos sub N. T. non tantum doctrina  
Christi ac Apostolorum, verum etiam Prophetarum gubernari. 1.  
Quia Prophetarum doctrina Evangelica est una eademq; cum Chri-  
sti & Apostolorum, nisi quod illa futurum & exhibendum Messi-  
am prædictet & promittat, hæc verò præsentem & exhibitum mon-  
stret & doceat. 2. Quia legalis doctrina Ethica seu moralis utring;  
prorsus, nisi variante circumstantia temporis, sibi similis est & cor-  
respondens. 3. Quia docemus Christum, qui secundum Scripturam  
V.T. natus, passus, mortuus q; resurrexit (h). 4. Quia Prophetarum  
doctrinam in N.T. ab Evangelistis & Apostolis citatam & ex-  
plicatam legimus. Habemus itaq; nos non tantum doctrinam Chri-  
sti & Apostolorum, sed & Prophetarum fundatam in V. & expli-  
catam ac impletam in N.T.

7. Hisce omnibus subjungimus suffragia Parrum, tam Eu-  
angelium in V.T. quam legem in N.T. comprobantium. Augustinus  
inquit (i): Canon Ecclesiasticus constitutus est, ad quem Prophetarum  
& Apostolorum libri pertinent, secundum quos de ceteris li-  
beris vel fidelium vel infidelium judicemus. Idem: Ecclesia Chri-  
sti in toto orbe Ecclesias possidens, Spiritus unitate conjuncta est,  
& habent urbes, Legis, Prophetarum, Evangelii & Apostolorum  
doctrinam. Non est egressa de finibus suis, id est, de Scripturis san-  
ctis. Idem: Cessavit sententia legis & abolita est iis, qui perma-  
nent in beneficio consecuto: his autem, qui redeunt ad hominem ve-  
terem, refricatur legis auctoritas &c. Idem: Lex ad hoc data est, ut  
superbo infirmitatem suam ostenderet, infirmo penitentiam suade-  
ret. Gregorius: Scriptura sacra in utroq; Testamento, & monendo  
recta & promittendo alia, & minando terribilis est. Damascenus:  
Cuncta quæ erat a sunt per Legem, per Prophetas, per Apostolos,  
per Evangelistas suscipimus, cognoscimus, veneramur, nihil ultra

B 2

illa

h) Matt. 1.  
23. c. 2. 6. 15.  
18. c. 13. 35.  
c. 21. 5. 16.  
42. 44. c. 22.  
44. c. 26. 24.  
32. c. 27. 9.  
35. 43.  
Luc. 18. 31.  
c. 19. 46. c.  
20. 17. 42.  
c. 24. 25. 26.  
27. 45. 46.  
Ioh. 19. 24.  
36. 37.  
Act. 1. 16. c.  
2. 23. 25. 35.  
c. 5. 18. 21. 22.  
24. c. 8. 10.  
35. c. 10. 43.  
c. 13. 27.  
i) Cont. Cre-  
sc. scon. lib. 2.  
In Mich. lib:  
1. c. 1.  
De Med.  
Pæn. c. 1.  
Hom: 6.  
sup. Ezech.  
lib. 1. c. 1.  
In cap. 10.  
Rom.

illa per quirentes. Theodorus: Lex nos ad Christum adducit,  
qui itaq; credit Christo, scopum legis adimpleret.

### Error Tertius.

Infantes licet sint in gratia, & salvi facti per justificationem & redemptionem Christi, tamen non sunt in Ecclesia Christi, nec cives Ecclesiae.

### REFUTATIO.

Adversarii quando infantibus gratiam Dei, justificationem & redemptionem à Christo factam concedunt, non eandem illis per baptismum conferri volunt: Sed Pontificis ac Calvinianis (a) adspicentes, somniant, infantes absq; baptismo in gratia, usq; propter Christum & eius acquisitionem peccata non imputari, nihilominus tamen eos in gremium Ecclesiae recipere nolunt, quia hanc receptionem baptismo adulorum deputant. Nos autem, ut antea

(b) probavimus, infantes in peccatis natos, opus habere per baptismum regeneratione, eaq; illis meritum Christi acquisitionem applicari, ita per baptismum applicato illis merito Christi eosdem quoq; Ecclesia veros cives constitui demonstramus, hisce rationibus ex S. S. de promptis.

1. Fpsa forma & institutione Baptismi à Christo propere mandati, ut in vocato super baptizatum Trisagio Numinis, per immersionem seu aspersionem aquæ, de mundo omnibusq; exteris gentibus veri Dei ignaris, alienatus infans à Republica Israel, qualis est omnium ante baptismum status, in gremium Ecclesia recipiatur, populoq; Dei annumeretur. Quare & Baptismus certissima nota Ecclesia nominatur, ut lavacro aquæ in verbo tintos noteat tanquam membra Ecclesiae, & tantum spectet ad Ecclesiam, unde Apostolus inquit (c), Christum Ecclesiam mundaro lavacro aquæ: & omnes five Iudeos, five Gracos in unum corpus (sc. mysticum Ecclesiae) baptizari.

2. Deinde donis illis plane Divinis & spiritualibus, quæ infantis-

c) Eph. 5.26.  
1. Cor. 12.13

fantibus per baptismum conferuntur, & propter ea de iis in S.S. literis passim prædicantur (d): ut sunt, regeneratione, fides, adoptione, mundatio à peccatis, Christi insertio, meriti Christi more & resurrectione ejus acquisiſti participatio, sanctificatio, stipulatio bona conscientie erga Deum, salus & vita eterna: Hisce, inquam, bonis & donis omnibus infantibus in S.S. literis mediane bapſitismo concessis & traditis eſt vincitur, eos extra pomarium Ecclesie excludi, niſi Christum & salutem eternam extra illud collocare velis, posſe.

d) Ioh. 3.5.  
Mar. 16.16.  
Luc. 3.3.  
Act. 2.38.  
Gal. 3.27.  
Rom. 6.3.  
Eph. 5.26.  
1. Pet. 3.21.

3. Nec eſt quod Adversarii regerant: Infantibus bapſitum denegari debere, aut non denegatum irritum ac inefficacem eſſe; ac propter ea exinde ius pro infantibus in Ecclesia obtineri non posſe. Verumq; enim, præterquam quod jamdudum eſt explosum, insuper haec insignes importat absurditates: Nimirum gratiam, justificationem ac salutem non à regeneratione spirituali, sed generatione carnali ortum habere, contra Christum & totam Scripturam (e); Eademq; bona non eſſe propria Ecclesie, sed extra eam omnibus gentibus communia: Per gratiam Dei justificatos, non eſſe annumerandos Ecclesie aut pro veris membris Ecclesie acceptandos: Infantes regeneratos & justificatos eſſe peiori loco, quam adūtos, peccatis majoribus & pluribus contaminatos, &c.

e) Ioh. 1.3.  
c. 3.5. 6.  
Iob. 14.4.  
Pſal. 51. 7.  
Eſa. 48.8.  
Eph. 2.3.

## CAPUT SECUNDUM.

### De Regno Christi.

#### Error Primus.

Christus ante novissimum diem habiturus eſt in his terris regnum corporale.

Phil. Melanth. ex lib. Anab.

#### REFUTATIO.

Ecclesia noſtra eſt regnum Christi ſpirituale, quod definitur eſſe potestas vincens contrariam potestatem, ſeu verius Tyrannidem Diaboli; in quo regno variis adverſitatibus & periculis cives & subditi Christi expositi, adverſus peccata, Diabolum, & omnis generis tentationes ſolidas conſequuntur conſolations ex voce Ep-

angelii per fidem amplectentem promissiones defensionis ac libera-  
tionis divinae. Hujusmodi vero regno Christi Adversarii abne-  
gato, planè Iudaizantes regnum corporale affectant, uti patet ex  
emplo Monasteriensium. Hinc planè ad Chiliastrarum errorem  
accidentes, existimant, beatos ex divina promissione regnatos in  
his terris ante novissimum diem more Regum mundanorum. Quæ  
opinio maximè erronea, & fidei minimè analogas scriptura dictis &  
rationibus facile subverti potest.

1. Pugnat enim cum universa scriptura V. & N.T. quæ spi-  
rituale duntaxat, non terrenum ullum Christi in terris regnum ag-  
noscit, describens illud his verbis: (a) Constitui Regem meum super  
Sion montem sanctum meum. Ecce dies veniunt, dicit Dominus,  
& suscitabo David germen justum, & regnabit Rex & sapiens  
erit, & faciet iudicium & justitiam in terra. In diebus illis salva-  
bitur Iuda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod  
vocabunt eum Iehova justitia nostra. Et Christus ipse coram  
Pilato confiteatur, Regnum suum non esse de hoc mundo, quod &  
ante reipsa respondo Regnum honorem sibi oblatum, testatum fece-  
rat. Quare & suum regnum à mundano maxime discernens, hoc  
discipulis suis gravissimè interdixit inquiens: Principes gentium  
dominantur, & qui majores sunt, potestatem exercent in eos.  
Non erit ita inter vos. Et Petrum gladio se defendentem incre-  
pat his verbis: converte gladium tuum in locum suum, omnes enim,  
qui acceperint gladium, gladio peribunt. Vnde & Paulus inquit:  
(b) Arma militiae nostræ non carnalia sunt, sed spiritualia, seu po-  
tentia Deo ad destructionem munitionum. Idem: fecit nos Mini-  
stros N.T. non literæ, sed Spiritus. Et, si morci estis cum Christo  
ab Elementis hujus mundi, quid tanquam viventes mundo decre-  
tis tenemini.

2. Deinde Forma seu Ratio administrandi regnum Christi, est  
planè diversa à regnis mundi. Christi enim principatus super hu-  
merum eius, nec venit ut sibi ministraretur, sed ut ministraret, ac  
daret

a) Psal. 2.6.  
Ier. 23.5.6.c  
33.14.15.  
Ioh. 18.36.c  
6.15.  
Matt. 20.25  
26.c.26.52.  
2. Cor. 10.5.  
c.3.6.  
Col. 2.v.20.

daret animam suam redempcionem pro multis. Quare in forma  
Dei cum esset, seipsum exinanivit, formaq; servi accepit se humili-  
vit, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Ac  
tanquam Dominus gloria crucifixus, deleto, quod adversus nos e-  
ravat, chirographo, illud tulit de medio cruciq; affixit, expoliavit  
principatus & potestates, ac palam de illis triumphavit in seipso. Ac  
per mortem destruxit eū, qui mortis habebat imperium, id est, dia-  
bolum, illumq; catenis noctis deeractum in tartarum tradidit cru-  
ciandum. Et absorpta morte in victoriam, de manu inferni rede-  
mit suos, ac de morte liberavit, existens pestis morti, & lues inferno.  
At q; sic in sanguine testamenti sui, in remissionem peccatorum effusi,  
emisit vincitos suos de puteo, in quo non est aqua: nec corruptibili-  
bus auro & argento, sed pretioso sanguine redemit Ecclesiam suam.  
Quam Ecclesiam collocatus à dextris Dei supra omnes cælos, omni-  
presenti sua omnipotencia per verbum & Sacra menta, non arma  
corporalia, exhibitus Ministris, qui legatione Dei in terris fungun-  
tur, spretis & objectis colligit, constituit, constitutamq; contra por-  
tas inferorum, dominans in medio inimicorum suorum, defendit ac  
conservat (b). Quæ certè forma ac ratio acquisihi & administrati  
Regni Christi, illud longè sublimiori & excellentiori modo, quam  
terreno & mundano gubernari, ac conservari demonstrat.

3. Id quod & perfectissimâ ac absolutissimâ Dei iustitiâ pro-  
batur, que non externam tantum obedientiam flagitat, nec pro-  
pter eam non præstam penitentiam tantum corporalibus punit, ut iis con-  
tentia sit, nec corpora tantum aut externa bonaturat ac tuetur,  
quod omnino sequeretur, si Christus mundanum ac corporale ali-  
quod regnum in terris haberet vel habiturus esset ante novissimum  
diem: sed internam quoq; rotius animæ, omnium virium, mensis, vo-  
luntatis, cogitationum, omniumq; affectuum cordis relictitudinem ac  
cum lege sua conformitatem requirit, eaq; non præstata, nisi facta  
fuerit remissio propter Christum, animam & corpus perdit in gehenn-  
nam (c), ac penitentia hic corporalibus & illic aeternis, in igne infernali  
parato diabolo & angelis punit.

4. Be-

- b) Esa. 9. 6.  
Matt. 20. 28  
Phil. 2. 6. 7. 8  
1. Cor. 2. 8.  
Col. 2. 14. 15  
Ebr. 2. 14.  
2. Pet. 2. 4.  
1. Cor. 15. 54  
Ostæ. 13. 14.  
Zach. 9. 11.  
1. Ioh. 1. 7.  
1. Pet. 1. 18. 19  
Act. 20. 28.  
Psal. 110. 1. 2  
Esa. 40. 9.  
Eph. 4. 10.  
Matt. 28. 18.  
19. 20.  
2. Cor. 5. 20.  
Matt. 16. 18  
c) Matt. 10.  
28. 6. 28. 41.

4. Beneficia quoq; huic regno eiusq; subditis collata sunt e-  
iusmodi, ut illud longè sublimius, quam terrenum aut corporale esse  
edoceant, Spiritualia nimurum & aeterna, ut sunt: Gratia ac misericordia  
Dei, meritum Christi, fides, remissio peccatorum, liberatio a mor-  
te, regeneration, ad patrem in filios Dei, renovatio mentis, illuminatio Spiritus  
sancti, sanctificatio, inhabitatio S.S. Trinitatis, iustitia & vita  
aeterna (d). Quae omnia dona ac bona celestia & spiritualia, cum  
non nisi celestis ac spiritualis regni sint, huiusmodi quoq; nisi cives  
regni sive Ecclesie Christi, isdem plane privare quis velit, Christi  
regnum esse, ac ad extremum usq; diem mansurum, statuat necesse  
est.

d) Rom. 3.  
23.  
Tit. 3. 4.  
Ioh. 3. 16.  
1. Ioh. 4. 9.  
1. Cor. 1. 29.  
Luc. 17. 5.  
Act. 10. 43.  
Ebr. 2. 15.  
Ioh. 1. 12. c.  
3. s.  
Tit. 3. 5.  
Luc. 1. 1. 13.  
Eph. 5. 26.  
Ioh. 14. 17.  
23.

e) Psal. 2. 8.  
& 9. 8. 9. &  
22. 28. & 45.  
7. 5. 72. 8. 5  
14. 5. 13.  
Esa. 9. 7.  
Ezech. 37.  
25. 26.  
Dan. 2. 44.  
5. 7. 14. 27.  
Luc. 1. 33.

5. Quin & amplitudo & stabilitas Regni Christi perpetuas ac  
aeternas, illud corporale ac mundanum esse, aut aliquando futu-  
rum non permitit. Si enim corporale ac mundanum foret, utiq;  
suis finibus ac limitibus circumscribendum, more aliorum quantum-  
vis amplissimorum ac potentissimorum regnorum, tandem interiret  
ac extingueretur. At Christi hereditas sunt gentes, ac possessio eius  
termini terrae; ille iudicat rotum terrarum orbem, omnesq; fines  
terræ & dominatur a mari usq; ad mare: sedes illius in seculum se-  
culi: regnum eius, regnum omnium seculorum, & dominatio eius  
in omni generatione & generatione: Imperium eius multiplicabitur  
(non diminuetur, quod fieret, si corporale futurum esset, ) & pacis  
non erit finis, a modo & usq; in sempiter. in: potestas eius, potestas  
aeterna, qua non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur,  
regnabit super domum David in aeternum, & regni eius non erit fi-  
nis (e).

6. His subiungimus testimonia Patrum: Augustinus inquit:  
Vbi hic vides coronam, scepera & purpuram, ut Christum in cruce  
pendente dicas Regem? Vides coronam aliam quam spineam,  
sceperum aliud quam claves, aliam purpuram quam suum sanguinem,  
alium thronum, quam crucem, alios ministros quam carnifi-  
ces. The-

cos. Theophilactus (f) : Non est de mundo regnum Christi, sed supernum & ante secula, & non hinc, hoc est, de terrenis constitutum, sed hic quidem imperat & regit, non autem est hinc, neque constitutum ex illis inferioribus. Ambrosius : Regnum celorum non nisi Christus est Dominus, qui regnat in celis.

(f) Sup. Ioh.  
c. 18 Serm.  
15. de nata-  
li Domini,

### Error Secundus.

Impii per pios occidendi & postea Christiani terram in mundana pace sunt possessuri.

Monasteri-  
enses in lib.  
de myst.  
script.

Tempus patiendi in Ecclesia finem accipiet.

### REFUTATIO.

Introductio ac delineato novo regno, adversarii ulterius formam ac processum describentes faciunt, omnes impios sua secta contrarios si vel reges sint ac principes, vi delendos atq; opprimendos esse. Hinc subjugatis hostibus consentaneum esse arbitrantur, ut soli sancti in eodem rerum genere, in quo antea multa perpeccii sunt incommoda, aliquando delitiis & commoditatibus affluant. Atq; sic in Errore bifariam graviter impingunt, dum liberum eumq; sediciosum glady usum prius quibuscum sua tamen secta addicunt, contra impios permittere: ac cum sublatris impiorum terram in pace ac sine cruce solos sanctos possessuros somniat. Sed ad utrumq; breviter.

1. Primum quod accinet: ex Quinto precepto & S. S. Scriptura constat, liberum & illicitum usum gladii tanquam homicidium damnari, prohiberi ac puniri (a); ut & ex exempla eorum, qui ius gladii præter vocationem sibi usurparunt, testantur (b). Nec possunt adversarii cæde impiorum, quasi illa licita sit, se excusare, nam & ea prohibetur in sacris literis. Christus enim in parabola illa de Zizaniis in medio iritici ex crescentibus, iubet utraq; relinqui in agro usq; ad messem (c). Omnem itaq; excisionem & abolitionem impiorum, propter doctrinam falsam, vi & gladio suscipere prohibuit Christus; ac eam solummodo, qua verbo ac excommunicatione fit, permisit ac mandavit (d); quam & ab Apostolis usurpatam legimus.

- a) Gen. 9.6.  
Exod 20.13  
c. 21.12.  
Lev. 24.17.  
Deut. 19.11  
12.
- b) Gen. 4.8.  
c. 49.5.6.  
Iudic. 9.5.  
24.
- 2. Reg. 16:  
9.10.  
3. Reg. 2.31.  
32.
- 4. Reg. 11.7.  
15.16.
- c) Matt. 13.  
29.30.
- d) Mat. 18.17  
Act. 8.20,21
- 1. Cor. 5.5.  
2. Thess. 3.
- 14.  
1. Tim. 1.20

C.

2. Al.

<sup>a)</sup>Matt. 24.  
b, 12. 21.

f)Job. 7. 1.  
Psal. 34. 20.  
Ier. 10. 19.  
Syr. 2. 1.  
Matt. 10. 22  
38. c. 11. 29.  
c. 20. 23.  
Ioh. 16. 33.  
Act. 14. 22.  
Rom. 8. 17.  
2. Tim. 3. 12.  
g)Ioh. 14. 27  
Psal. 52. 11.  
& 36. 9. 10.  
Rom. 5. 3. c.  
8. 17. c. 14.  
17.  
Phil. 3. 1. c.  
4. 4.  
j. Ioh. 3. 1. 2.  
3.  
h)Luc. 24.  
26. 46. c. 22.  
29.  
Rom. 8. 17.  
l. Pet. 2. 21.  
Matt. 10. 38  
c. 11. 29.  
Gen. 47. 9. c.  
48. 16.

2. Alterum illorum, de regimine solorum, deniq<sup>ue</sup> Sanctorum in summa pace & delictis, somnium, in Chiliastrarum figuram fundatum, S. S. Scriptura quoq<sup>ue</sup> proorsus est conitrium: quæ in posteris temporibus tantam perveritatem & iniusticiam abundaturam affirmat, ut in errorem, si fieri posset, inducantur etiam Electi (e). Quod tribulatio magna sub finem mundi, qualis non fuit ab initio mundi, futura sit, in qua rumores de præliis audientur, quomodo gens contra gentem, & regnum in regnum consurgat.

3. Tum & statum piarum in hac vita duplice proponit S. S. Scriptura: alterum corporalem hujus mundi; plenum tribulationum, calamitatum, persecutionum, per quas omnes electi coguntur ingredi in regnum cælorum (f); alterum spirituali, constantem pace Dei & bona conscientia, letitia acquiescente in Dei gratia & misericordia, spe auxilii ac liberationis Divinæ, fide apprehendente meritum Christi, eiusdemq<sup>ue</sup> iustitiam, salutem ac vitam aeternam (g). Sed hæc Divina ac spiritualis pax ac letitia, tam non cum illa, quam sibi adversarii somniant, terrena ac mundana, quicquam commune habet, ut potius ei è diametro repugnet.

4. Ipsa etiam Christi actio, quæ merito nostra est institutio, cum & praxis V. & N.T. omniumq<sup>ue</sup> adeo sanctorum, huic Anabaptistico commento reclamat. Ita n. oportebat Christum pati, & intrare in gloriam suam: Ita quoq<sup>ue</sup> nobis disposuit regnum suum, ut cum eo compatientes ac similes facti ejus imagini, ad exemplum ab eo relictum, vestigiis ejus insistamus, crucemq<sup>ue</sup> nostram, dum in hac valle lachrymarum peregrinamur, tollentes tanquam discipuli eius, eum sequamur. Quod & omnos Patriarchas, Prophetas & Apostolos facticasse legimus. Inter quos præcipue Jacobus Patriarcha curriculum viræ sua nominat erumnosam ac malam peregrinationem, ut ex historia vitæ eius, quæ continua variarum adversitatum series est, videre licet. Sic Moses describitur fuisse vir afflictissimus super omnes homines. Job appendens afflictiones & calamitates suas in statera, eas graviores arenâ maris indicat. Propheta

pbera David, sibi, inquit, ad flagella parato seu facto dolorem suum  
semper in conspectu esse, & idem de omnibus sanctis refert, quod  
multi & sint tribulaciones iustorum. Apostolum Paulum, ut ei Christus  
stus predixerat, oportuit multa pati, quemadmodum ipse conqueri-  
tur; sibi tristitiam magnam & continuum esse dolorem cordi suo,  
quod satis ex catalogo multiplicium & magnarum eius calamitatum,  
quibus in Ministerio suo toto subiectus fuit, patet. Hac piorum  
exempla cum nobis imitanda in S.S. literis proponantur, frustra de  
felicitate & pace terrena cogitationes suscipientur.

5. Et quomodo pax & tranquillitas in hac extrema mundi  
senecta, qua sentina est omnis generis scelerum ac flagitorum, indi-  
es magis magisq; vires eundo sumentum, expectari posset; immo con-  
trarium potius meruendum, ne crescentibus delictis, crescant & pa-  
ne & calamitates, qua peccatis hominum iusta a Deo deputata sunt  
stipendia, inq; si in impietate impenitentes perredicerint atq; finali-  
ter perseveraverint, longe atrociora ac graviora. Quibus poti-  
us avertendis & declinandis, quam vanae huius mundi felicitatis &  
quietis futurae imaginationi opera danda erit.

6. Quin & confirmari videtur nostra sententia tali argumen-  
to: Si Christus & Apostoli dederunt hominibus consilium, ut cum  
per verum ac serium & minimè simulatum contemptum deliciarum  
& voluptatum corporis, tum per omnium huius mundi molestiarum,  
calamitarum ac persecutionum summam patientiam ac toleranci-  
am per venire contendant ad regnum cælorum, non utiq; existimam-  
dum esse fore, ut id Christi regnum deliciis eiusmodi aliquando, sed  
potius calamitatibus & persecutionibus continuandum sit: Sed ve-  
rum prius (i). E. & posterius.

7. Deniq; & Orthodoxæ Antiquitati hoc somnium de mun-  
dana pace & à crucis immunitate ignotum fuit. Ambrosius n. in-  
quit (k): Autor pietatis in cruce pendens testamentum condidit,  
singulis pietatis opera distribuens: Apostolis persecutionem, Iudeis  
corpus, Patri Spiritum, Virgini paranympnum, latroni paradisum,

Num. 12. 3.  
Iob. 6. 3.  
Psal. 38. 19.  
& 34. 20.  
Act. 9. 16.  
Rom. 9. 2.  
2. Cor. 11. 23  
& seq.

i) Mat. 16. 24.  
Luc. 14. 26.  
Rom. 5. 3. c6  
4. c. 8. 5. 12.  
13.  
Tit. 2. 12.  
1. Pet. 1. 6.  
Ebr. 10. 36.  
k) In sent.  
de passi.  
In Epist.  
In Hom.  
Inferm. don  
Dom.

peccatori infernum; Christianis verè penitentibus crucem com-  
mendavit. Hieronymus: Dei filius sustinuit ignominiam crucis,  
& tu beatos putas, qui felicitate istius seculi & deliciis perfruun-  
tur. Chrysostomus: O christiane, delicatus es miles, si putas sine pug-  
na et posse vincere: sine certamine triumphare. Fortiter dimicá,  
atrociter in prælio concerta, considera pactum, conditionem accen-  
de, militiam nosce, pactum, quod spöpondisti, conditionem, ad quam  
accessisti, miliciam, cui nomen dedisti, hoc n. pacto quos miraris, o-  
mnis pugnaverunt, hac condizione universi vicerunt, hac militia  
triumpharunt. Maximinus: tota vita Christiani hominis, si se-  
cundum Evangelium vivat, est crux acq, martyrium. Gregori-  
us: Secreto Dei consilio agitur, ut huius peregrinationis tempore  
Electorum via turbetur, via quippe est vita præsens, quâ ad pa-  
triam tendimus, & idecirco hic occulto iudicio frequenti  
perturbatione conterimur, ne viam pro patria  
diligamus.






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn737664061/phys\\_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737664061/phys_0023)

**DFG**



præsenti hoc errore pronunciet, qui & olim suæ  
auctores partim propagatores in Ecclesia ma-  
Originem & Alexandrina Ecclesiæ antisitem  
Palestinæ; & nunc iterum resuscitatus à nonno-  
rum in proscenium educitur, palliatur, com-  
impij hujus dogmatis absurditas eò magis inno-  
literarum & rationum stateram examinanda

1. Contrariantur illi scripturae dictæ ea, qua  
diabolorum & hominum damnatorum aeterna  
desituras esse perspicuè confirmant(a): quæ ve-  
morientem afferunt: Iram Dei mansuram sup  
esse ignem inextinguibilem, interitum aeterni-  
tum, iudicium sine misericordia, pronunciatum  
extremo dæ abiectum maledictos in supplicio.  
Quod si itaq; homines damnati usq; in aeternum  
lumen & Diaboli in secula seculorum crucia-  
tandem erunt salvandi, aut quis finis penit ipsi?  
Nq; est, ut quis cavilletur, vocabulum aeterni-  
litam sine fine perpetuitatem, sed periodicam  
temporis limitatam diuturnitatem denotare. In  
questione accommodari non potest: siquidem  
quam convincetur, quod pænae damnatorum  
ræ sint, sed potius constat, nullam mutationes  
summi iudicis, quo ad statum rerum futuram  
aeternum, simpliciter in propria significatione  
quid assumitur, profigento reputamus.

2. Deinde & rationes contra prodigiosum hab-  
tant. I. Quia damnatorum peccata mortaliæ  
temporalia violant & contemnunt aeternum &  
videlicet Deum, & aeternam vitam; iustissime  
aeternis penit puniuntur. Cum enim duplex si-  
cundum intentionem acerbitatu, & secundus



- a) Esa. 66. 24.  
Ioh. 3. 36.  
Matt. 3. 12.  
2. Thes. I. 9.  
Hebræ. 6. 2.  
Iacob. 2. 23.  
Matt. 25. 41.  
Psal. 49.  
Apoc. 20. 10.